



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 103. Continuatus Berlinensium tumultus adversus suos Ministros.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII. „incendium excitet, cui restinguendo  
 A. C. 1615. „postmodum sufficere nemo facile posset.

Ceterum congregati Ordines variis  
 propositionibus ultro citroque agitatæ  
 Conventum solverunt, animis haud  
 quaquam sedatioribus, donec horum  
 motus toties repetiti demum in gravif-  
 sima, quæ secuta sunt, bella erumperent.

## §. CIII.

*Continuatus Berlinensium tumultus  
 adversus suos Ministros.*

*Continuat.  
 antiq. part.*

*4. p. 196. &  
 265:*

*Merc. Gal-  
 lob. tom. 10.  
 .4. p. 50.*

Nondum plene deferbuit indignabun-  
 dus furor Berlinensium, qui ad  
 nudum Principis sui arbitrium Lutheri  
 Evangelium cum Calviniano commuta-  
 re jussi fuerant; hi equidem dolorem  
 suum tamdiu premebant, quamdiu Jo-  
 annes Sigismundus Brandenburgicus  
 Dux, qui Calvinianos Ministros immi-  
 serat, Berolini morabatur, eo autem  
 Cliviam evocato, ejusque fratre Joanne  
 Georgio absentis vices obeunte eorum  
 querimoniarum in apertam vim erupe-  
 re; postquam Reformatæ factionis Pa-  
 stores novæ sectæ principium, a tem-  
 plorum destructione sumpserant; eorum  
 enim jussu & opera primo factus est im-  
 petus in Basilicam urbis Berolini prima-  
 riam: securibus, malleis, ascis, omni-  
 que demolientium vi Baptistarium dir-  
 uitur

uitur, epitaphia parietibus affixa revel- Sæc. XVII.  
 luntur, una quoque gentilitia Majorum A. C. 1615.  
 insignia cum vivis defunctorum for-  
 mis ac picturis abolerentur. Cruces una-  
 cum Christi effigie in unum proiiciuntur  
 cumulum, omneque, quod Lutheri fu-  
 ror reliquerat, pictum, sculptum, aut  
 re vel argento vel auro fusum quamdam  
 Religionem spirans, a Calviniana ra-  
 bie destruitur: cuncta, eaque venustate,  
 splendore ac pretio insignia, unacum  
 tabulis suis atque ornamentis sternun-  
 tur: Inde vero apertæ oriebantur indi-  
 gnationes in Sigismundum Electorem,  
 quem lingua & calamo audaciores no-  
 vum Copronymum, & Sacrarum Ico-  
 num Neronem appellitabant. Enimve-  
 ro Anna Joannis Sigismundi uxor, quæ  
 nunquam a Protestantium institutis ad  
 Calvini sectam pertrahi poterat, novo-  
 rum Præconum petulantiam ac icono-  
 machorum vecordiam sistere decrevit,  
 iussitque, ut quicquid eorum rabiem  
 adhuc effugisset, aut e dejectis vel ele-  
 gans artificio, vel pretio insigne su-  
 peresset, in destinatum a se penetrare  
 comportaretur: Calviniani tamen ver-  
 bi Præcones contra hoc imperium ac-  
 riter fremebant, nihilominus Luthera-  
 næ factionis Ministri Electricis suæ præ-  
 sidio tuti, turbatam sectæ suæ possessio-  
 nem vindicare moliebantur, plebisque

Sæc. XVII. indignationi faces insuper & flammam  
 A. C. 1615. adiiciebant; nunquam tamen vehemen-  
 tius, rixosiusque Calviniani adversus  
 Lutheranos declamatores infurgebant,  
 quam in Dominica die, ubi legebatur  
 Evangelium de Pastore bono, deque  
 mercenario; tum enim Calviniani Lu-  
 theranos, nec dissimulanter etiam Ele-  
 ctricem, idololatriæ fautores, necnon  
 Mercede conductos Pastores ex suis sug-  
 gestibus proclamant, se vero bonos  
 Pastores, qui contra Lupum Papam,  
 gregem suum defendere auderent, esse  
 jactitabant: Verum hæc Calvinianorum  
 maledicentia Lutheranos, quorum non  
 pauci adhuc in urbe erant, ad iram &  
 vindictam concitabat: conclamatur ad  
 arma, plerique etiam fistulis æneis,  
 gladiis, hastis, faxisque armati in ob-  
 vias Calvinianorum Præconum ædes in-  
 volant, ac iterato saxorum grandine fe-  
 nestras diffringunt: ad vesanam horum  
 conclamationem excitatus Joannes Dux  
 ex arce sua accurrit, sed illico æris cam-  
 pani concussione ad communem seditio-  
 nem signum datur, ac ipsemet Dux pri-  
 mo probris & maledictis, demum lapi-  
 dibus impetitur, & cum suis trepide ar-  
 cem repetere cogitur. Tumultuatum  
 est integra nocte in Calvinianorum do-  
 mos, resonabat ubique insana vocifera-  
 tio contra Pastores malos, & mercena-  
 rios

rios, effringuntur seræ ac postes, ex-  
pugnantur ædes, irrumpitur in cubicu-  
la, sedulo inquiritur in Calvini Magi-  
stros, eorum uxores & liberos, ut ma-  
le nec forte citra necem mulctentur.  
Verum hi jam antea tumultuantium fu-  
rori sese subdixerant, redituro paulo-  
post Electori causæ cognitionem, ac  
vindictam relinquentes.

Sæc. XVII.  
A. C. 1615.

§. CIV.

*Wormatiensis tumultus in Judæos  
concitatus.*

Severius longe Wormatiæ antiqua Ro-  
mani Imperii urbe, Lutherani po-  
tissimum cives, Judæos exagitabant.  
Hi enim jam per plurimos annos im-  
modicis suis usuris ad incitas usque plebem  
exhauriebant, unde crebræ civium  
querelæ apud Spirense, Viennense &  
Pragense tribunal; Mathias quoque Im-  
perator novissime iteratis, severisque  
interdictis hosce usurarios, eorumque  
fautores coercere studuit: aurum ta-  
men, & Judæorum astutia semper Cæ-  
sareæ Majestatis auctoritati prævaluisse  
videbatur: instant denuo cives, usuram  
abrogari, atque in hanc pestem severe  
animadverti a Senatu petentes: impe-  
trant quoque ex Cæsareo tribunali man-  
datum, vi cuius Judæi iniquas usuras a

*Merc. Gal-  
lob. tom. 10.  
lib. 4.  
Meteran. l.  
35. p. 87.*